RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Si ex noſtris ageretur votis & horæ fatalis terminus figeretur ſecundum opinationem humanam, proferretur ille ſane longe, quandoquidem per noſtram conjecturam præſumi poſſe, [illegible] nihil eorum deeſſe, quæ faciunt ad perfruitionem diuturnæ hilaritatis. Æquum eſſe reputamus, ut parentum qui prole beantur, matrum cum maxime, quæ [illegible] incommoda puerperii, exoptato partu recreatæ ſunt, vita longior & gaudium, percipiendum ex infantibus læte ſuccreſcentibus, dolores & moleſtias compenſet. Verum [illegible] noſtris conſiliis non regitur orbis, neque Numen quod fata noſtra diſpenſat & moderatur agit ex ſententia hominum. Evocat ex vita ſæpius, quos longiſſima dignos exiſtimamus, evocatque aliquando iſtis in rerum circumſtantiis, ut videri poſſit, ſe velle, vel ipſo mortis modo, humanas ſententias & expectationes confundere atque refellere. [illegible] ætas, nec vigor corporis, nec decus, nec mentis tranquillitas, nec noſtra noſtrorumque deſideria, nec plurimorum pro incolumitate fuſa vota, nec quicquid demum [illegible] eſt, ex quibus augurari ſolemus longævitatem, cohibent mortes, nequidem inopinato accidentes. Diſturbamur talibus eventibus, eoque inprimis movemur, non ſolum quod noſtris haud reſpondeant votis, ſed quod illis ex adverſo ſint oppoſiti: Curæ vero, in quas animum conjiciunt ſtupentes, illum dejicerent penitus noſque conficerent, ſi ſolaminis expertes, [illegible] malis quæreremus inepta. Philoſophia Chriſtiana, & ratio, luce dogmatum, quæ patefecit divina munificentia, in ſublimius evecta, illis, quorum ingenium iſta diſciplina excultum eſt, [illegible] miniſtrat, cum argumentis incitamenta, quibus vincant rodentes anxias ſolicitudines, felicius atque certius, quam quidem illæ per ullius ſectæ, micantis in priſco ævo, placita, aut per dicta [illegible], ſuperantur. Illa nos erudit de Providentia ſummi Numinis, ſapientiſſimi, æquiſſimi, optimi, cui Majeſtas & dominium competit, in res creatas, eminentiſſimum, & ſimul, de noſtra [illegible] quam exiguitate comparata ad ſummi Imperantis magnitudinem, quo utroque perſuademur, non licere ſolum Deo agere, id quod adverſum eſt noſtris deſideriis, ſed & noſtrum eſſe [illegible] ejus decretis nos ſubjicere. Quid enim! regeret ne ille res humanas omnes, qui omnia quam magna & excelſa ſint condidit, qui ut potens ſic & intelligens eſt omnium, atque experiens, quæ [illegible] optime conveniunt, ſcire & diſpicere novit? An nos? tam minuta univerſi, imo telluris hujus portio, ut gnariſſimus Arithmeticæ & in nobili invento *calculi* ut dicitur *infiniteſimalis* [illegible] ſimus, nequidem partem numeri, qua nos, tantillam portionem, exactam ad hunc mundum, deſignaret, indicare aut concipere valeat? Nos, qui nequidem nobis ipſis præſumus, [illegible] que pro lubitu protrahimus vitam; qui futurorum inſcii, mutationes, quas alterum & ſubſequens momentum affert, ignoramus, multo magis vero, quas infinito prorſus numero, [illegible] poniſſet; atque idcirco, quæ bona, quæ utilia, quæ commoda ſint nobis aliisve, nulli inſpicimus; quorum concupiſcentiæ cæco ducuntur impetu, quorumque deſideria futurorum, [illegible] nituntur hariolationibus aut ſuſpicionibus? Num eligeret recte Deus tales conſultores, ignaros, impotentes, imbecilles? Numne potius hi, ſe ſubmitterent divinis ſtatutis, patienter dum [illegible] eveniunt, demiſſe dum inexpectato, & ultro dum contra vota cadunt? Et, an Deus agit inique, ſi Summatum ſui Potentatus, cujus oblivio hominum animos facile poſſet obrepere, documentis [illegible] teſtatum, memoriamque ejus inter homines conſervet? Inculcant ſacra oracula illam meditationem, dum nobis Deum deſcribant, ex Providentia agnitum (Dan. IV. 34. 31.) *cujus imperium ſempiternum eſt, cujus regnum perpetuis durat ætatibus, ad quem univerſi terrarum incolæ nihil ſunt, qui pro arbitratu ſuo & cæleſti exercitu & terræ habitatoribus utitur, nec eſt quiſquam* [illegible] *manum impediat, aut ab eo facti rationem exigat.* Parit quoque hæc meditatio, rite animo concepta, ut ſponte, rationibus convicti, Deum veneremur, quamlibet acerba nobis ſint, [illegible] ejus indicia: & vetant, ne incidamus, ſive in præfractam cum *Stoicis* [illegible], quorum magnus animus, falſo crepatus, mera erat rationibus deſtituta obſtinatio, *dum quidem ferebant* [illegible] *quæ mutari non poterant*, neſciti tamen, illa nec mutari debuiſſe; ſive in errores aliorum Philoſophorum, cum maxime *Platonicorum*, qui mentes, priusquam corporibus jungerentur, in [illegible] ſtatu exiſtiſſe, ſed peccaſſe, atque *luendorum ſcelerum cauſa in hunc mundum* mitti ſomniarunt; ad quorum ſcopulos alliſit ipſe CICERO, mœrore ob obitum filiæ ſuæ Tulliæ abreptus, [illegible] alias ex ſententia Epicuræorum ſtatuerat, Deos omnia voluptatis hominum cauſa operari, ut ex vero ejus *de conſolatione libro*, tunc ſuperſtite, nunc deperdito, obſervat LACTANTIUS *Divinarum Inſtit. Lib. III. cap. 18.* Præſumimus diverſa ab his, a Philoſophia & Religione familiæ plurimis nominibus inter nos conſpicuæ, in luctum acerbiſſimum nunc merſæ, ex improviſo obitu fœminæ laudatiſſimæ, REBECCÆ MARGARETHÆ FELKINGIÆ natæ POSTIÆ, cujus funebrium cauſa hanc tabulam ſuſpendimus. Lucem illa aſpexerat Bremæ Ao MDCCXX[illegible] d. 15 Julii, genus ducens ex gentibus clariſſimis, *Patre* Viro Prænobiliſſimo Ampliſſimo & Conſultiſſimo HERMANNO POST, JCto eminenti & Tabularii Civitatis, quod Archivum vocat, [illegible] ac Cuſtode Fideliſſimo, *Matre* Matrona celebratiſſima REBECCA von LINE: *Avo* ex paterno ſtemmate Viro Nobiliſſimo & Spectatiſſimo SIMONE POST, Negotiatore quondam [illegible], rei armamentariæ Præfecto atque Ædili ad ſl. V. *Avia* fœmina laudatiſſima ENGELINA VOGT, Filia T. T. JOHANNIS VOGT, Mercatoris florentiſſimi & Ædis Paulinæ in nova urbe [illegible], atque T. T. ANNÆ STUBBEMAN: *Proavo* porro T. T. HERMANNO POST itidem mercatore, *Proavia* MARGARETHA BORCHERS, nata ex T. T. BOIKE BORCHERS & MARGARETHA SLOTBOHM. In *Materno* dein *ſtemmate Avo* Viro, perquam Magnifico & Prænobiliſſimo LIBORIO von LINE JCto inclyto & Conſule de patria meritiſſimo, *Avia* Matrona [illegible] LUCIA WACHMAN, Viri Nobiliſſimi & Conſultiſſimi HERMANNI WACHMAN J. U. D. & Comitis Pal. Cæſ. & T. T. METTÆ MEIER Filia; *Proavo* T. T. ALBERTO von LINE J. U. D. & cauſarum Patrono. *Proavia* T. T. REBECCA REGENSTORF Viri Ampliſſimi HENRICI REGENSTORF *Senatoris* & T. T. TIETÆ von RHEDEN Filia: *Abavo* denique [illegible] perquam Magnifico LIBORIO von LINE JCto & Conſule, *Abavia* T. T. MARGARETHA MEIER, nata ALBERTI MEIER Armamentario Præfecti, & GESÆ BOTE, atque ſorore Perquam Magnifici Conſulis & JCti HENRICI MEIER. A teneris unguiculis ab optimis Parentibus, quorum acerbum luctum, ſomniis ſolari, miniſtri [illegible], ſollicita educatione ipſi proſpectum eſt, ut [illegible] cognitione veritatis quæ eſt ad pietatem, rebusque quæ ad virginale decus pertinent, ſuccreſceret, neque ſolum hic Bremæ fota eſt omni ſtudio, ſed & Cellas Luneburgicas miſſa, quo verſaretur [illegible] grinos, addiſceret illa, quibus mens lingua & mores poliuntur atque ad elegantiam componuntur deponuntur autem, quæ ſubagreſtem ſapiunt ruditatem. Profecit ex voto atque rediit [illegible] exemplum. Omnibus ornata dotibus animi corporisque, in ſuos amores traxit, Virum Nobiliſſimum Conſultiſſimum & Doctiſſimum MARTINUM FELKING, Jurium atque ac Philoſophiæ Doctorem & cauſarum in foro Patronum, viduum nunc poſt brevia, ſed exquiſita gaudia, mœſtiſſimum, cujus ægritudinem leniat benignum Numen, atque intra juſtos limites coërceant Philoſophiæ Chriſtianæ, quibus egregie imbutus eſt, amor, ſtudium & exercitium. Nuptiæ celebratæ ſunt ante biennium 4ta ſcilicet Januarii Ao. MDCCXLVI. Uti matrimonium affluebat omnis generis [illegible], ſic concordiæ ſuæ, amantiſſimi conjuges tulere fructum, edito undecimo abhinc die 18 labentis menſis, favente Lucina, partu proſperrimo, filiolo, cui dum ſacro tinctus eſt lavacro, nomen JOHANNIS eſt impoſitum. At quam fatalis ipſi hæc cubatio fuit, dum lectulus puerperus in emortualem ex improviſo verſus eſt. Valebat ſic ſatis, ſed quinto a partu die illam invaſit febricula, [illegible] altera die inſequebatur febris miliaris, quæ cum adhibitis exquiſitis remediis, circa veſperam illius diei domata videretur, atque ſpes læta convaliturum illam affulgeret, rediit tamen inopinato, [illegible] mediam noctem die 25 menſis, reſumtis viribus, febris tanto impetu, ut poſt paucarum horarum ſpatium, vehementibus corpuſculum excruciaret convulſionibus, quas, cum mox [illegible] triſtes mortis nuntii, ſuffocatio ex aſthmate cum apoplexia, animam Deo reddidit circa horam decimam matutinam. O quot ſpes ſucciſæ ſunt unica hac morte, quarum plurimæ adhuc [illegible], in fœmina educatura, pia, prudente, placida, polita, pulcra, pudica, & operis quibuscunque decoribus exornata! Quantum ſui reliquit, ob tot dotes deſiderium, obiens in ipſo, [illegible] flore ætatis adultæ, poſtquam vivendo non complevisſet ultra annos XXI, menſes VI, dies que X. Hodie ſub horam I. exanime corpus, condendum in ſpem reſurrectionis, funebri pompa ducetur ad templum Anſgarianum. Quam beatum eſt ô Lector! exequias inire, fata ſua Deo committere, nec circa futura, quæ caligo ſpiſſa nobis obtegit, operare quicquam, præter id quod decreto, [illegible] ignoto nobis, præſtitutum eſt. Sic ſpes noſtræ nunquam refutabuntur, & malis aderit præſens levamen. Vale Puſ. d. XXIX. Januarii A. MDCCXLVIII.

RECTOR & P

ILLUSTRIS SCH

LECT

Si ex noſtris ageretur votis & horæ fatalis termi
ſane longe, quandoquidem per noſtram conjecturam præſumi poſſet,
tamus, ut parentum qui prole beantur, matrum cum maxime, quæ
infantibus læte ſuccreſcentibus, dolores & moleſtias compenſet. Veru
tentia hominum. Evocat ex vita ſæpius, quos longiſſima dignos exi
modo, humanas ſententias & expectationes confundere atque refellere.
nec plurimorum pro incolumitate fuſa vota, nec quicquid demum
tes. Diſturbamur talibus eventibus, eoque inprimis movemur, non
mum conjiciunt ſtupentes, illum dejicerent penitus noſque conficerent, ſi ſolaminis expertes
divina munificentia, in ſublimius evecta, illis, quorum ingenium iſta diſciplina excultum e
atque certius, quam quidem illæ per ullius ſectæ, micantis in priſco ævo, placita, aut per dicta
cui Majeſtas & dominium competit, in res creatas, eminentiſſimum, & ſimul, de noſtra
non licere ſolum Deo agere, id quod adverſum eſt noſtris deſideriis, ſed & noſtrum eſſe lube
magna & excelſa ſint condidit, qui ut potens ſic & intelligens eſt omnium, atque eapropter,
hujus portio, ut gnariſſimus Arithmetices & in nobili invento *calculi* ut dicitur *infiniteſimalis*
dum, deſignaret, indicare aut concipere valeat? Nos, qui nequidem nobis ipſis præſumus,
ſequens momentum affert, ignoramus, multo magis vero, quas infinito prorſus numero,
mus; quorum concupiſcentiæ cœco ducuntur impetu, quorumque deſideria futurorum,
impotentes, imbecilles? Numne potius hi, ſe ſubmitterent divinis ſtatutis, patienter dum
ſi Summatum ſui Potentatus, cujus oblivio hominum animos facile poſſet obrepere, documen
ditationem, dum nobis Deum deſcribunt, ex Providentia agnitum (Dan. IV, 34.31.) *cujus*
nihil ſunt, qui pro arbitatu ſuo & cœleſti exercitu & terræ habitatoribus utitur, *nec eſt quisquam*
concepta, ut ſponte, rationibus convicti, Deum veneremur, quamlibet acerba nobis ſint,
gnus animus, falſo crepatus, mera erat rationibus deſtituta obſtinatio, *dum quidem ferebant*
loſophorum, cum maxime *Platonicorum*, qui mentes, priusquam corporibus jungerentur, in
ad quorum ſcopulos alliſit ipſe CICERO, mœrore ob obitum filiæ ſuæ Tulliæ abreptus,
ut ex vero ejus *de conſolatione libro*, tunc ſuperſtite, nunc deperdito, obſervat LACTANTIUS
liæ plurimis nominibus inter nos conſpicuæ, in luctum acerbiſſimum nunc merſæ, ex improv
cujus funebrium cauſa hanc tabulam ſuſpendimus. Lucem illa aſpexerat Bremæ Ao MDCCXX
ſultiſſimo HERMANNO POST, JCto eminenti & Tabularii Civitatis, quod Archivum vocant,
paterno ſtemmate Viro Nobiliſſimo & Spectatiſſimo SIMONE POST, Negotiatore quondam
VOGT, Filia T.T. JOHANNIS VOGT, Mercatoris florentiſſimi & Ædis Paulinæ in nova urb
mercatore, *Proavia* MARGARETHA BORCHERS, nata ex T. T. BOIKE BORCHERS & MAR
nobiliſſimo LIBORIO VON LINE JCto inclyto & Conſule de patria meritiſſimo, *Avia* Matrona
J. U. D. & Comitis Pal. Cæſ. & T. T. METTÆ MEIER Filia; *Proavo* T. T. ALBERTO VON L
mi HENRICI REGENSTORF Senatoris & T. T. TIBETÆ VON RHEDEN Filia: *Abavo* denique
MEIER, nata ALBERTI MEIER Armamentario Præfecti, & GESÆ BOTE, atque ſorore Perqu
quorum acerbum luctum, fons omnis ſolatii, mitiget, ſollicita educatione ipſi proſpectum eſt, u
ſceret, neque ſolum hic Bremæ fota eſt omni ſtudio, ſed & Cellas Luneburgicas miſſa, quo verſans in
tur deponuntur autem, quæ ſubagreſtem ſapiunt ruditatem. Profecit ex voto atque redux chori virg
liſſimum Conſultiſſimum & Doctiſſimum MARTINUM EELKING, Jurium æque ac Philoſophi
ſimum, cujus ægritudinem leniat benignum Numen, atque intra juſtos limites coërceant Philoſop
biennium 4ta ſcilicet Januarii Ao. MDCCXLVI. Uti matrimonium affluebat omnis generis b
menſis, favente Lucina, partu proſperrimo, filiolo, cui dum ſacro tinctus eſt lavacro, nomen JOH
lem ex improviſo verſus eſt. Valebat ſic ſatis, ſed quinto a partu die illam invadit febricula, q
iſtius diei domata videretur, atque ſpes læta convalituram illam affulgeret, rediit tamen inopinato,
rum ſpatium, vehementibus corpuſculum excruciaret convulſionibus, quas, cum mox comitaren
decimam matutinam. O quot ſpes ſucciſæ ſunt unica hac morte, quarum plurimæ adhuc herbeſce
que decoribus exornata! Quantum ſui reliquit, ob tot dotes deſiderium, obiens in ipſo, imo pri
Hodie ſub horam I. exanime corpus, condendum in ſpem reſurrectionis, funebri pompa ducetur
tere, nec circa futura, quæ caligo ſpiſſa nobis obtegit, optare quicquam, præter id quod decreto,
præſens lenimen. Vale Poſ. d. XXIX. Januarii A. MDCCXLVIII.

ROFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
ORI S.

figeretur ſecundum opinationem humanam, proferretur ille
atibus nihil eorum deeſſe, quæ faciunt ad perfruitionem diuturnæ hilaritatis. Æquum eſſe repu-
commoda puerperii, exoptato partu recreatæ ſunt, vita longior & gaudium, percipiendum ex
tris conſiliis non regitur orbis, neque Numen quod fata noſtra diſpenſat & moderatur agit ex ſen-
mus, evocatque aliquando iſtis in rerum circumſtantiis, ut videri poſſit, ſe velle, vel ipſo mortis
ætas, nec vigor corporis, nec decus, nec mentis tranquillitas, nec noſtra noſtrorumque deſideria,
eſt, ex quibus augurari ſolemus longævitatem, cohibent mortes, nequidem inopinato acciden-
od noſtris haud reſpondeant votis, ſed quod illis ex adverſo ſint óppoſiti: Curæ vero, in quas ani-
dia malis quæreremus inepta. Philoſophia Chriſtiana, & ratio, luce dogmatum, quæ patefecit
miniſtrat, cum argumentis incitamenta, quibus vincant rodentes anxias ſolicitudines, felicius
ientis, ſuperantur. Illa nos erudit de Providentia ſummi Numinis, ſapientiſſimi, æquiſſimi, optimi,
te quin exiguitate comparata ad ſummi Imperantis magnitudinem, quo utroque perſuademur,
ejus decretis nos ſubjicere. Quid enim? regeretne ille res humanas omnes, qui omnia quam
ebus optime conveniunt, ſcire & diſpicere novit? An nos? tam minuta univerſi, imo telluris
rtiſſimus, nequidem partem numeri, qua nos, tantillam portionem, exactam ad hunc mun-
amque pro lubitu protrahimus vitam; qui futurorum inſcii, mutationes, quas alterum & ſub-
otuiſſet; atque idcirco, quæ bona, quæ utilia, quæ commoda ſunt nobis aliisve, nulli inſpici-
ituntur hariolationibus aut ſuſpicionibus? Num eligeret recte Deus tales conſultores, ignaros,
evadunt, demiſſe dum inexpectato, & ultro dum contra vota cadunt? Et, an Deus agit inique,
ciat teſtatum, memoriamque ejus inter homines conſervet? Inculcant ſacra oracula iſtam me-
m ſempiternum eſt, cujus regnum perpetuis durat ætatibus, ad quem univerſi terrarum incolæ
jus manum impediat, aut ab eo facti rationem exigat. Parit quoque hæc meditatio, rite animo
ninii ejus indicia; & vetant, ne incidamus, ſive in præfractam cum *Stoicis* ἀπαθειαν, quorum ma-
lpabant, quæ mutari non poterant, neſcii tamen, illa nec mutari debuiſſe; ſive in errores aliorum Phi-
i ſtatu exſtitiſſe, ſed peccaſſe, atque *luendorum ſcelerum cauſa in hunc mundum* mitti ſomniarunt;
m alias ex ſententia Epicuræorum ſtatuerat, Deos omnia voluptatis hominum cauſa operari,
ivinarum Inſtit. Lib. III. cap. 18.) Præſumimus diverſa ab his, à Philoſophia & Religione fami-
bitu fœminæ laudatiſſimæ, REBECCÆ MARGARETHÆ EELKINGIÆ natæ POSTIÆ,
d. 15 Julii, genus ducens ex gentibus clariſſimis, *Patre* Viro Prænobiliſſimo Ampliſſimo & Con-
efecto ac Cuſtode Fideliſſimo, *Matre* Matrona celebratiſſima REBECCA VON LINE; *Avo* ex
ſſimo, rei armamentariæ Præfecto atque Ædili ad B. V. *Avia* fœmina laudatiſſima ENGELINA
Edilis, atque T. T. ANNÆ STUBBEMAN: *Proavo* porro T. T. HERMANNO POST itidem
GARETHA SLOTBOHM. In *Materno* dein *ſtemmate Avo* Viro, perquam Magnifico & Præ-
gregia LUCIA WACHMAN, Viri Nobiliſſimi & Conſultiſſimi HERMANNI WACHMAN
NE J. U. D. & cauſarum Patrono, *Proavia* T. T. REBECCA REGENSTORF Viri Ampliſſi-
o perquam Magnifico LIBORIO VON LINE JCto & Conſule, *Abavia* T. T. MARGARETHA
Magnifici Conſulis & JCti HENRICI MEIER. A teneris unguiculis ab optimis Parentibus,
cognitione veritatis quæ eſt ad pietatem, rebusque quæ ad virginale decus pertinent, ſuccre-
eregrinos, addiſceret illa, quibus mens lingua & mores poliuntur atque ad elegantiam componun-
i evaſit exemplum. Omnibus ornata dotibus animi corporisque, in ſuos amores traxit, Virum Nobi-
octorem & cauſarum in foro Patronum, viduum nunc poſt brevia, ſed exquiſita gaudia, mœſtiſ-
Chriſtianæ, quibus egregie imbutus eſt, amor, ſtudium & exercitium. Nuptiæ celebratæ ſunt ante
, ſic concordiæ ſuæ, amantiſſimi conjuges tulere fructum, edito undecimo abhinc die 18 labentis
NNIS eſt impoſitum. At quam fatalis ipſi hæc cubatio fuit, dum lectulus puerperus in emortua-
altera die inſequebatur febris miliaris, quæ cum adhibitis exquiſitis remediis, circa veſperam
ſt mediam noctem die 25 menſis, reſumtis viribus, febris tanto impetu, ut poſt paucarum hora-
triſtes mortis nuntii, ſuffocatio ex aſthmate cum apoplexia, animam Deo reddidit circa horam
nt, in fœmina edecumata, pia, prudente, placida, polita, pulcra, pudica, & optatis quibuscun-
flore ætatis adultæ, poſtquam vivendo non compleviſſet ultra annos XXI, menſes VI, diesque X.
templum Ansgarianum. Quam beatum eſt ô Lector! exequias iture, fata ſua Deo commit-
amlibet ignoto nobis, præſtitutum eſt. Sic ſpes noſtræ nunquam refutabuntur, & malis aderit